

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Sacri ordines

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

habere ordinariam, non delegatam, cum habeat potestatem à lege seu statutis. Secus est, si Prouincialis exiens à Prouincia per se solum alicui commendaret Regimen illius: tunc enim hic solum haberet jurisdictionem delegatam, quia illam accepit ab homine. Vterque tamen gaudebit eadem auctoritate, quam habuit is, in cuius loco ponitur, per ea quæ dixi *V. Prælat. n. 383.*

SACRI ORDINES.

431. *Ad SS. Ordines requisita.* 432. *Obedientia.*
 433. *Ordinandi potestas.* 434. *Tempora.*
 435. *Præuilegia.*

431. **C**ONSTITUTIONES Ordinis *cap. 3. circa SS. Ordines statuunt, ut iuxta Trid. sess. 23. c. 12. de Reform.* Nullus Clericorum, qui minor sit duobus & viginti annis Subdiaconatus Ordine initiatur: vti etiam neque Diaconatus Ordine ante tertium & vigesimum: Neque Sacerdotio ante vigesimum quintum (intellige semper, incæptum) & ad Sacerdotium quidem nemo promoueat, nisi præter integritatem ac probatos mores, mediocri sit præditus intelligentiâ, vt cum celebrat, verba quæ dicit, rectè ac probè intelligere & proferre

sciat

CCCC-
XXXI.
Ad SS. Ordines requisita.

sciat & valeat. Et absque licentia P. Generalis non promoueat, nisi saltem octauū Religionis annū inchoauerit. Qui autē prius fuerint initiati, nullū Sacerdotij munus, nisi completo septennio, exercere possint.

432. In dimittendis autem Clericis ad suscipiendos Ordines, iubentur Prouinciales seruare Decretum S. Congreg. (A. 1596. die 15. Mart.) nimirum, vt eos ad eius Diocesis Episcopos mittant, in qua suæ habitationis Monasterium est collocatum. Ad alios autem non mittantur, nisi euentu, quo Diocessani Episcopi vel absentes fuerint, vel ordinationes habere noluerint; tunc siquidem illos ad alios Episcopos mittere poterunt. Ad alios verò Episcopos mittentes expressam in suis obediencialibus litteris de Diocessani Episcopi absentia, vel alio eius impedimento faciant mentionem.

433. Possunt vicissim Episcopi i. Religiosos quoscunque qui in sua Diocesi commorantur, ad ordines promouere, etsi inde non sint oriundi, aut ibi non contraxerint domicilium. c. Cum Nullus. §. Religiosi. de tempor. Ordin. in 6. Barbos. Iuris Eccl. l. 1. c. 33. n. 63. Licet verò, eodem tit. c. 1. Episcopi Italiae prohibeantur ultramontanos ordinare, sine licentia Romani Pontificis, si licteras Episcopi sui habere nequeat: attamen

Paulus

CCCC:
XXXII.
Obediencia
tit.

CCCC:
XXXIII.
Ordinandi potestas.

Paulus 5. teste eodem Barbo n. 57. declarã
uit: Regulares non comprehendi in ordi-
ne, quo præcipitur, vt Ultramontanis ab-
que Sanctitatis suæ vel S. Congregationis
licentia ordines non conferantur. 2. Quan-
do licentia siue litteræ Superioris Religio-
si ordinandi ad manus Episcopi peruene-
rint, suum non erit inquirere, si nomina
eiusdem Religiosi ordinari volentis & de-
siderium fuerit propositum in Ecclesia, te-
stimoniumque extet de illius natalibus, æ-
tate, moribus, & vita, à fide dignis, quæ in
ordinandis omnibus inquirenda esse decer-
nit Conc. Trid. *tit. c. 5.* Siquidem Congr-
gatio eiusdem Concilij censuit ad Regula-
res minimè extēdi dispositionē præfatam;
in quibus satis sit Episcopo testimonium
habere ab ordinandorum Superioribus Re-
gularibus affirmantibus & attestantibus;
prædictos nullo requisitorum indigere, e-
iusque fidei standum esse præterquàm circa
doctrinam, pro quâ subiiciuntur Episcopo-
rum examini. Barbo. *Ibid. c. 43. n. 243.*

CCCC- 434. Decreuit etiam S. Trident. Sy-
XXXIV. nodus c. 8. Sacras ordinationes fieri debere
Tempora. statutis à Iure temporibus videlicet in Sab-
bathis quatuor Temporū, Dominicæ Pas-
sionis & Resurrectionis. *c. De ea autem. De*
Tempor. ordin. cap. 11. 12. & 14. ne promoue-
antur

igitur ad altiorem ordinem, nisi prius per
 annum facto interstitio: vel necessitas aut
 utilitas Ecclesiæ, iudicio Episcopi aliud ex-
 poscat. Et cap. 13. ne duo SS. Ordines con-
 ferantur eodem die. Sixtus s. insuper in
 quodam motu proprio contra Clericos male
 promotos. A. 1588. prohibet, præter Clericos
 Sæculares, cuiusvis ordinis aut militia Regu-
 lares extra tempora à iure statuta, vel absque
 iuris dimissorij suorum Prelatorum, aut ante
 ratam per S. Gen. Conc. Trid. Decreta, prima
 Tonsuræ aut cuius ordinis præscriptæ, aut non ser-
 uatis interstitijs &c. ab Episcopis ordinari, &c.
 derogans quibuscunque Priuilegijs & graues
 imponens pœnas tam ordinariis, quàm ali-
 ter ordinatis, &c. Istam Constitutionem
 cum deinceps Clem. 8. (teste Vibano ab
 Ascens. Theol. Moral. tr. 2. p. 2. dist. 2. c. 5.
 Reg. 2. Et P. Sorb. In Comp. V. Ord. SS. in
 fm.) reducerit ad terminos Pij 5. & Conc.
 Trid. atque hoc, licet vt supra dictum. V.
 Priuilegium. n. 417. multa statuât contraria
 Priuilegijs Regularium, sine tamen clau-
 sula derogatoria, &c. ideo dictis nõ obstati-
 bus sequentia priuilegia Regularibus data
 etiamnum suum retinere valorem solidè
 probant viri doctissimi contra quosdam
 Recentiores secus opinantes.

CCCC-
XXXV.
Privile-
gia.

435. Primum Privilegium est, ut possint ordinari extra tempora, tribus diebus continuis festorum Duplicium vel Dominicarum. 2. Ut possint ordinari non servatis Interstitijs. 3. Præsentari possunt à suis Prælatis ad Ordines suscipiendos vel immediatè vel per litteras dimissorias cuicumque Episcopo orthodoxo. Varia insuper Põtificũ diplomata referunt passim Authores, Rodriq. 10. l. 9. 56. a. 17. & 10. 3. q. 23. Urban, ubi supra, illud etiam adiungens Episcopos non posse renuere taliũ administrationem absque iniuria, quamvis ad eos perferant litteras tantũ ex parte sui Prælati dimissorias: è contra verò non posse Episcopum ordinare Religiosum exemptum, absque eo quòd præsentetur ipsi à suo Prælato saltem per litteras commendatitias. Portel. in dub. Regul. V. Ordines Sacri. n. 4. quem etiam refert ac sequitur Barbos. suprac. n. 181. testatus se vidisse concessionem Clem. 8. factam Patribus Congreg. P. Ioannis Euang. in Portugallia, ut possint ordinari extrà tempora, & per quemcunque Episcopum, tribus Dominicis, vel festis continuis vel interpollatis, non servatis interstitijs à Conc. Trident. designatis. Idem Societati Iesu concessit Greg. 13. qui cùm fuerit vsus, verbo: Præcipimus. Tamburinus de Sacr. Ord.

l. 10. n. 17. ex *Castropal.* dicit Episcopum peccare mortaliter, si nolit sibi presentatum ordinare extrâ tempora: atque hoc priuilegium alijs quoque Regularibus conuenire. Laudat P. Bassæ. *to. i. V. Ordo. 3. n. 7. vers. Quamuis.* Consuetudinem, eamque in Hispania, Italia & Belgio (adde & nostram Germaniam) vigere dicit, quâ Episcopi die antecedente Sabbathum Ordinationū initiant minoribus ordinandos, vt sequenti die eisdem ex causâ iusta ad Subdiaconatum promoueant.

Alia priuilegia, vt quod eadem die sumantur duò SS. Ordines, quod ante legitimam ætatem à Canonibus, præsertim notui iuris, præscriptam, ordinari queant Religiosi, &c. amplius non valere communis est sententiâ, Urban. Portel. Rodriq. ll. cc. Valere adhuc probabile censet Aluifer *de priu. Reg. sec. 3. c. 20. §. 2.*

SORORES TER- TIARIÆ.

436. *Religiosi status Tertiariorū origo.* 437. *Institutum.* 438. *Subiectio.* 439. *Obligatio.* 440. *Circa Diuinum Officium.* 441. *Clausuram.* 442. *Regendi potestas.*

T t 443. So=